LEON
IDAD A

BX2230
P7
c.1

1080041867

José Angel Benavides.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PREPARACION DE LA MISA,

SEGUN EL [illegible]SAL ROMANO.

*MEMENTOS*

DEL V. P. PRESENTADO Fr. Juan Falconi, del Real Orden de nuestra Señora de la Merced, Redencion de Cautivos, con otras Oraciones para antes y despues del Santo Sacrificio.

CON LICENCIA.

En Madrid, en la Oficina de Aznar. Año 18[illegible]

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Jose Angel Benavides

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



ADMONITIO

# V. BEDÆ PRESBYTERI *DE EUCHARISTIA*, ET VENERABILI SACRAMENTO.

Sacerdos non legitimè impeditus, celebrare omittens, quantum in eo est, privat Sanctam Trinitatem laude &



110431

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON



ADMONITIO

# V. BEDÆ PRESBYTERI *DE EUCHARISTIA*, ET VENERABILI SACRAMENTO.

Sacerdos non legitimè impeditus, celebrare omittens, quantum in eo est, privat Sanctam Trinitatem laude

A &

110431

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, Juxtos subsidio, & gratia, in Purgatorio existentes refrigerio; Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & se ipsum remedio.

*Oratio devotissima ad Beatam Virginem Mariam.*

DOmina mea, tibi commendo hodie corpus meum, memoriam, intellectum, voluntatem, sensus [redacted], & apetitus: ut juxta beneplacitum Domini mei impetres mihi copiosam fidem; lu-



lucem firmam, spem ardentem, charitatem ferventem, zelum animarum, profundam humilitatem, constantem patientiam, promptam obedientiam, puram castitatem, fortem magnanimitatem, & omnes virtutes, quibus repletus in tui Filii servitio, ac amore continuo crescens, firmiter perseverem, donec tecum illum videam in sæcula sæculorum. Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*GREGORIUS XIII. concessit cuilibet Sacerdoti dicenti infrascripta verba quinquaginta annos Indulgentiarum.*

## ORATIO.

EGo volo celebrare Missam, & conficere Corpus, & Sanguinem Domini nostri Jesu-Christi, juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusque Curiæ Triumphantis: ad utilitatem meam, totiusque



que Curiæ Militantis, pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere, & specie, & pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Amen.

GAudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis Omnipotens, & misericors Dominus. Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PRÆPARATIO AD MISSAM,

## PRO OPPORTUNITATE Sacerdotis facienda.

### *Antiphona.*

NE reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

*Quæ Antiphona in Festis duplicibus tantum duplicatur, & tempore Paschali additur* in



*in fine*, Alleluja. *Deinde dicuntur sequentes Psalmi.*

### *Psalmus* 83.

QUam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia



Quia melior est dies una in atris tuis, super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus* 84.

Benedixisti Domine terram tuam avertisti captivitatem Jacob.

Re-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine mise-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



ricordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos, qui convertentur ad cor.

Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obviaverunt sibi: justitia, & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & justitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra da-

dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus* 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam: quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam servi tui, quoniam



niam ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.

Non est similis, tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga poten-





tium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, verax.

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.

Gloria Patri, & Filio, &c.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Psalmus* 115.

CRedidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.





O Domine, quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo Hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atris domus Domini: in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus* 229.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.





Et ipse redimet Israël, ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Deinde repititur Antiphona.*

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

*Posteà Sacerdos dicit:*

KYrie eleison.
Christe eleyson.
Kyrie eleison.
Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ego dixi: Domine miserere mei.
℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Convertere Domine aliquantulum.
℟. Et deprecare super servos tuos.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur justitiam.
℟. Et sancti tui exultent.
℣. Ab occultis meis munda me, Domine.

℟.



℟. Et ab alienis parce servo tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

AUres tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum; purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

URe igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Men-



MEntes nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet; & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ et corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

DEus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuiste: da nobis in eodem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

CONscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus-Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.





## *DIE DOMINICA.*

*Oratio S. Ambrosii Episcopi.*

SUmme Sacerdos, & vere Pontifex Jesu-Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram, et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris, & peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & Sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium istud in virtute Spiritus Sancti tui, dicens: Hæc quotiescumque feceritis, in me memoriam facie-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tis. Rogo per eumdem Sanguinem tuum, magnum salutis nostræ pretium: rogo per hanc miram, & ineffabilem charitatem, qua nos miseros, & indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos à peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me servum tuum indignum, quem inter cætera dona tua, etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ: doce me, quæso, per Spiritum Sanctum tuum tantum tractare mysterium ea reverentia & honore, ea



ea devotione & timore, quibus oportet, & decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire & firmiter tenere, dicere & cogitare quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum, loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solemnia mundo corde, & pura mente celebrare. Libe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia, & fida custodia, ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discendant. Per virtutem tanti mysterii, & per manum sancti Angeli tui repelle à me, & à cunctis servis tuis, durissimum spiritum superbiæ & cenodoxiæ, invidiæ & blasphemiæ, fornicationis & immunditiæ, dubietatis & diffidentiæ. Confundantur qui nos persecuuntur: pereant illi qui nos perdere festinant.

FE



## *FERIA SECUNDA.*

### ORATIO.

REx Virginum, & amator castitatis, & integritatis, cœlesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis; ut maneat in me tenor castitatis corporis & animæ. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones, & da mihi veram & perpetuam castitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cent in veritate: ut sacrificium laudis casto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis castitate & animæ puritate istud divinum & cœleste Sacrificium est celebrandum; ubi caro tua in veritate sumitur; ubi sanguis tuus in veritate bibitur; ubi ima summis, terrena divinis junguntur: ubi adest Sanctorum Angelorum præsentia; ubi tu es Sacrificium & Sacerdos mirabiliter & ineffabiliter constitutus.





## *FERIA TERTIA.*

### ORATIO.

Quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus Omnipotens offerentem feceris dignum? Scio Domine, & verè scio, & idipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore confiteor, quia



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, & de peccatoribus justos, & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cum lætitia spirituali & celesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentiæ tuæ, & excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

*FE-*



## *FERIA QUARTA.*

### ORATIO.

EGo enim, Domine, memor venerandæ Passionis tuæ accedo ad Altare tuum (licet peccator) ut afferam tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcipisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud quæso summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, & pro Populo, quem acquisisti sanguine tuo. Et quoniam me pecca-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

catorem inter te & eundem populum tuum medium eſſe voluiſti licèt in me aliquod boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium ſaltem diſpenſationis creditæ non recuſes; nec per me indignum eorum ſalutis pareat pretium, pro quibus victima ſalutaris dignatus eſt eſſe redemptio. Profero etiam Domine (ſi digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miſerias orphanorum, neceſſitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes lan-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



languentium, defectus ſenum, ſuſpira juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

## *FERIA QUINTA.*

### ORATIO.

TU enim miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtantia: quia tu Pater noſter es, quia tu Deus noſter es: ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in juſti-

ficationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer á nobis iniquitates noſtras: & ignem Sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra: & da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te ſequatur, te perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam, ut ſereno vultu familiam tuam ſacri tui nominis officia præſtolantem aſpicere digneris: & ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, tu no-



nobis preces ſuggere, quas ipſe propitius audire, & exaudire delecteris.

## *FERIA SEXTA.*

### ORATIO.

ROgamus etiam te Domine ſancte Pater, & pro ſpiritibus Fidelium defunctorum: ut ſit illis ſalus ſanitas, gaudium, & refrigerium hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, ſit illis hodie magnum & plenum convivium de te pane vivo,

 qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui de cœlo descendisti, & das vitam mundo, de tua carne sancta, benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quæ de sancto, & glorioso Beatæ Virginis Mariæ utero est assumpta, & de Spiritu Sancto concepta, ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit: ut exinde refecti, & satiati, refrigerati & consolati, exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo

tuæ



tuæ benedictionis, & santificatio tuæ divinitatis. Descendat etiam Domine illa Sancti Spiritus tui invisibilis, incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui & oblationes nostras Corpus & Sanguinem tuum efficiat, & me indignum Sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, & lacrymarum devotione, cum reverentia & tremore; ita ut placidè, ac benignè suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam

vi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vivorum, quàm defunctorum.

## *SABBATO.*

### ORATIO.

Rogo etiam te Domine per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis & Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atque unius summe divinitatis participes efficimur: dà mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus bona conscientia ad Altare tuum accedam,

dam,



dam, ita ut hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto: panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum & omnem saporem,

qui

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

qui nos semper reficis, & nunquam in te deficis, comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: manducat te Angelus ore pleno: manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via; tali recreatus viatico, Panis sancte, Panis vive, Panis munde, qui descendisti de Cœlo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam, sana & munda me interiùs & exteriùs. Esto tu-



tutamen, & continua salus animæ, & corporis mei. Repelle à me insidiantes mihi hostes; recedant procul à presentia potentiæ tuæ, ut foris & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo & Patri, & eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis sacietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu Sanc-

Sancto vivis & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Pro opportunitate Sacerdotis aliæ Orationes ante Missam.*

AD mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor, & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem, & linguam non cautè



tè custoditam. Ergo, ò pia Deitas, ò trimenda Majestas, ego miser inter angustias deprehensus ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio, & quem Judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo: spero in misericordias tuas quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jesu-Chris-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Christe Rex æterne, Deus & Homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseriis & peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cesabis. Salve salutaris victima pro me, & omni humano genere in patibulo Crucis oblata: salve nobilis & pretiose Sanguis de vulneribus Crucifixi Domini mei Jesu-Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redimisti. Pœnitet me peccasse, cu-



cupio enmendare quod feci. Aufer ergo á me, clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: ut purificatus mente & corpore, digne desgustare merear Sancta Sanctorum: & concede, ut sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficatia, animæ quo-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que & corporis contra inimicorum meorum insidias firmiſsima tuitio. Amen.

*Oratio S. Thomæ Aquinatis.*

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jesu Christi, accedo tanquam infirmus ad Medicum vitæ, inmundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cœli, & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ


tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cœcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut panem Angelorum, Regem Regum: Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia & humilitate, tanta contritione, & devotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso Dominici Corporis & Sanguinis, non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem, & vir-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tutem Sacramenti. O mitiſſime Deus, da mihi Corpus Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu-Chriſti, quod traxit de Virgine Maria, ſic ſuſcipere, ut corpori ſuo myſtico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantiſſime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit & regna in unitate Spiritu Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen,

*Ora-*



*Oratio dicenda ante Miſſam.*

DEus qui de indignis dignos facis, de peccatoribus juſtos & de immundis mundos: munda cor & corpus meum ab omni contagione & ſorde peccati, & facme dignum, atque ſtrenuum ſanctis Altaribus tuis miniſtrum: concede propitius, ut in hoc altari ad quod indignus accedo, Hoſtias acceptabiles, atque placabiles offeram pietati tuæ pro peccatis, & offenſionibus meis, in-

 nu-

numerisque & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis; & per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## *Alia Oratio.*

OBsecro te dulcissime Jesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar, atque defen-





dar; vulnera tua sint mihi cibus & potus, quibus pascar, enutriar, atque delecter: aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium peccatorum meorum. Mors tua sit mihi vita indeficiens: Crux tua sit mihi gloria sempiterna resurrectio & auxilium, sanitas & gaudium, desiderium & solatium cordis mei, nunc & in perpetuum. Qui vivis & regnas in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Alia devotiſſima Oratio.*

PAter Cœleſtis, Clementiſſime Domine, Pater miſericordiarum, ſuſcipe hodie per manus ſervi tui hoc ſacroſanctum Sacrificium, verum Corpus, & Sanguinem Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti: in ſatisfactionem & remiſſionem omnium peccatorum meorum, in ſalutem, & fortitudinem animæ meæ, & totius domus meæ, & omnium illorum, quibus aliqua obligatione teneor,



neor, & omnium Dominorum, Prælatorum, Prædicatorum, Sacerdotum, & Religioſorum Catholicæ Fidei, ut eis gratiam Spiritus Sancti impartiri digneris ad ſalutem animarum ſuarum, & regimen totius populi Chriſtiani, & omnium peccatorum hujus mundi, ut eos convertas, & ducas in viam ſalutis: in conſolationem omnium tribulantium; ut eis abjutorium & veram potentiam tribuas: in refrigerium, & liberationem omnium animarum exiſtentium in Purgatorio, & ma-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

maximè illarum, quæ auxilium à me jure expectant: & ad illuminationem, & conversionem omnium gentium, Infidelium, & Hæreticorum, & Schismaticorum, ut cognoscant & ament te summam veritatem, Patrem Omnipotentem. Qui cum Filio, & Spiritu Sancto es laudabilis, Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

MO-

# MODO
## MUY IMPORTANTE
## *DE ORDENAR*
## LOS MEMENTOS
## *DE LA MISA,*
## Y OFRECERLA PARA
mayor bien de las Almas.

SACADO DE LA DOCTRINA DE los Santos, y Doctores de la Iglesia.

*Por el V. P. Presentado Fr. Juan de Falconi, del Orden de Ntra. Sra. de la Merced, Redencion de Cautivos.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# A LOS SEÑORES SACERDOTES.

COnsiderando el tesoro de tan infinito valor que nos dexó Christo nuestro Redentor en el Sacrificio Santo de la Misa; ¡y quánta lástima sería el que por no repartirle los Sacerdotes con la liberalidad que pueden, privasen á los Fieles del gran bien que pueden hacerles! me ha parecido poner aquí

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aquí un modo por donde se pueden guiar para ofrecerle. De manera, que si es cierto que este Sacrificio, ofrecido por todos los Fieles, aprovecha tanto á cada uno en particular, como si por él solo se ofreciese, (segun es opinion de muchos hombres doctos) no sean defraudadas las Almas de tan gran bien, sino que les aproveche á todas igualmente el valor de cada Misa, que se dice en la Iglesia. Y si no es cierto que aprovecha tanto, ofrecido por todos, como ofre-



ofrecido por uno solo (segun es opinion de otros Autores graves), no por eso sea defraudada en algo la persona por quien se aplica en particular, aunque se aplique tambien por otros junto con ella, si el Sacerdote la ofrece, como aquí se dice.

Porque, ó aprovecha igualmente á todos, ó no. Si no aprovecha igualmente á todos, con que se tenga intencion de que no sea defraudada en algo la persona por quien especialmente se dice la Misa, es sin género de duda,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

da, que se puede ofrecer enteramente por todos los Fieles, y por cada uno en particular, sin temor de que por ser muchos, les quepa menos, de que quede alguno agraviado, por haberle ofrecido por tantos. Y si aprovecha á todos igualmente (que quizá es lo cierto) con este modo de ofrecerle se hace un bien tan grande, como es, el que cada Sacerdote aproveche con todo el valor de la Misa, á cada uno de todos los Fieles vivos y difuntos: como si lo ofreciera

ra



ra por todos enteramente, con lo qual, de los unos, podrán ir luego muchos á gozar de Dios; y de los otros, tendrá cada uno un remedio universal de todas sus necesidades en vida; y quando muera, tantas Misas dichas por su Alma, en descuento de lo que habia de estar en el Purgatorio, quantas hubieren dicho todos los Sacerdotes de la Iglesia mientras él vivió.

Un tesoro inestimable es éste, y cosa muy digna de ser considerada; y quizá no lo está mucho, por no tener bien

 co-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

conocida aquella caridad, é intencion, con que se nos dexó en este Sacrificio, para bien, y remedio de todos: que pues es cierto, que éste es el mismo que el que ofreció Christo en la Cruz, ofreciéndose allí para bien de todos; con eso nos enseñó, que su intento era le ofreciesemos, como él lo hizo.

Y así, tengo por cierto, que será muy gran servicio de nuestro Señor el ofrecerle enteramente, no solo por la persona por quien se dice la Misa, sino tambien tan ente-



tera, y totalmente por cada uno de todos los Fieles vivos y difuntos, como si por él solo se ofreciera, teniendo la intencion dicha, de que por eso no sea defraudada en algo la persona por quien principalmente se ofrece, como aquí vá exemplificado en estos Mementos. Y por el contrario, que sería cortedad bien culpable, y falta de caridad no ofrecerlo de esta suerte; pues de no hacerlo así, podrian privar á los Fieles de este tesoro tan grande, y de hacerlo, no se sigue inconve-

 nien-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

niente alguno, antes bien muy gran provecho; pues dado caso que no les quepa á todos enteramente el Sacrificio, por lo menos les cabe buena parte, y se ruega á Dios por todos.

Pero reparese mucho no se engañe alguno en pensar, que lo que toca al estipendio debido de los Sacrificios, depende de alguna de estas opiniones, ú de este modo de ofrecer; porque eso procede de otro principio muy diferente.

Adviertase que quando se dice en el Memento, que se apli-



aplica una Indulgencia de Alma por razon del dia en que se dice la Misa, que se ha de entender de los Prelados de las Religiones, que tienen Privilegio de Clemente VII. para sacar Almas los Lunes, y Miércoles.

*El que no quisiere detenerse en el Altar, podrá hacer antes estos Mementos, ó en otra qualquiera hora, ú otro qualquier dia, y despues en la Misa remitirse á lo dicho: pero procúre, que su deseo en aplicar el Sacrificio, se estienda tan entera, y particularmente*

 *á*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*á cada una de todas estas necesidades y personas, como si fuera por ella sola, ó como mejor pueda, del modo, y con el intento ya dicho, de que nadie sea agraviado.*

## *MEMENTOS DE VIVOS.*

SEñor, este Sacrificio os ofrezco, como miembro de la Iglesia, y en nombre de ella, junto con todos los que se han ofrecido desde que fué instituido hasta ahora, y en union de aquella caridad con que este Señor se ofreció en la



la Cruz. Todo esto así junto lo ofrezco, como primero y principal fin, para gloria y honra de vuestra Divina Magestad, y luego de la Sacratísima Humanidad de mi Señor Jesu-Christo, de su Madre Santísima, y de todos los Santos, y Espiritus Celestiales, y especialmente de mis particulares Abogados, y del Santo, ó Misterio que hoy celebra la Iglesia. Ofrezcole tambien en accion de gracias por todos los beneficios, y mercedes espirituales y temporales hechas á todas las criaturas de es-



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*á cada una de todas estas necesidades y personas, como si fuera por ella sola, ó como mejor pueda, del modo, y con el intento ya dicho, de que nadie sea agraviado.*

## *MEMENTOS DE VIVOS.*

SEñor, este Sacrificio os ofrezco, como miembro de la Iglesia, y en nombre de ella, junto con todos los que se han ofrecido desde que fué instituido hasta ahora, y en union de aquella caridad con que este Señor se ofreció en la



la Cruz. Todo esto así junto lo ofrezco, como primero y principal fin, para gloria y honra de vuestra Divina Magestad, y luego de la Sacratísima Humanidad de mi Señor Jesu-Christo, de su Madre Santísima, y de todos los Santos, y Espiritus Celestiales, y especialmente de mis particulares Abogados, y del Santo, ó Misterio que hoy celebra la Iglesia. Ofrezcole tambien en accion de gracias por todos los beneficios, y mercedes espirituales y temporales hechas á todas las criaturas de es-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

este mundo, especialmente á los Fieles, y á mi indigno pecador, para que de este tesoro de infinito agrado vuestro se supla nuestra ingratitud, y poca estimacion que de ellas tenemos.

Pero especialisimamente le ofrezco por la persona por quien digo esta Misa, es mi intento aplicarle de este Sacrificio todo lo que le debo, sin que sea en algo defraudada por las demás á quien le aplicáre. Y asimismo le aplico la Indulgencia de Misa de Alma que puedo, así por razon



zon del Altar en que la digo, como del dia en que lo hago, ú de la Medalla, ó cuenta que tengo, ó la que por otra qualquiera razon pudiere.

Lo segundo, le ofrezco tan enteramente como puedo, por todas aquellas personas, y necesidades, y por cada una en particular, á las quales debo decir algunas Misas; y por todos aquellos á quien tengo alguna obligacion, ó que de qualquiera suerte les sea alguna cosa á cargo, para que de este tesoro infinito les sea satisfecho enteramente á cada uno. Lo

Lo tercero, por mí indigno pecador, tan total y especialmente como puedo, en remedio de todas mis necesidades espirituales y temporales, en satisfaccion de todos mis pecados, y de las penas que hubiere de pagar en el Purgatorio: y por la Pasion y Muerte de este Amantísimo Hijo vuestro, os suplico me hagais tal, qual vos quereis que sea.

Y asimismo le ofrezco por todas las necesidades espirituales y temporales, de mis padres, parientes, bienhechores, amigos, enemigos, y aque-

llos



llos á quien hubiere sido causa de que os ofendan. Y por todos los bienhechores de las Religiones, y del Estado Eclesiástico, y por todos los que especialmente se han encomendado en mis Oraciones y Sacrificios, tan particularmente como cada uno de todos ellos lo pueden desear, y yo hacerlo.

Ofrezcole tambien tan enteramente como puedo, por todas las personas del Estado Eclesiástico, y por cada una en particular; y por el Papa, Cardenales, Arzobispos, Obis-

pos,

pos y Curas de Almas; por las Religiones y sus Prelados, para que les deis gracia con que se conserven, y aumenten en santidad y virtud; por los Confesores, Predicadores y los demás Ministros de la Iglesia; por la exâltacion de la Santa Fe Católica; por los Jueces y Ministros de la Santa Inquisicion, para que les deis zelo santo, y acierto en la conservacion, y aumento de la Fe. Y para este fin os pido por todos los que estan fuera del gremio de ella, les deis luz y conocimiento vuestro.

Asi-



Asimismo lo ofrezco por todas las personas del Estado Secular, y por cada una en particular; por el Rey de España, y por los demás Reyes, y Príncipes Católicos; por todos los Jueces, y Ministros de Justicia, y por toda la gente de la guerra; por los Navegantes; por los Cautivos Christianos; por los que están en pecado mortal; y por todas las necesidades espirituales, y temporales de todos los Fieles, en satisfaccion de todos sus pecados, y de las penas que hubieren de pagar

en

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

en el Purgatorio, tan particular, y enteramente por cada uno de todos ellos, como puedo ofrecerlo. Y últimamente le ofrezco, para que en el amor de este Señor se supla el que no os tienen los pecadores de este mundo, y los condenados en el infierno.

Por todos estos intentos, personas y necesidades, y por cada una en particular, le ofrezco tan entera, y especialmente, como si fuera por ella sola segun el órden, y en el grado de justicia, y de caridad que debo, y que mejor pue-



puedo, y á vuestros ojos fuere mas agradable. Y por todos aquellos intentos y fines porque este Señor se ofreció en la Cruz, y quiso ser ofrecido, para que en todo el mundo universo se haga vuestra voluntad, así en la tierra; como en el Cielo. De todos os acordad: *Et omnium circunstantium, &c.*

*ME-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*MEMENTOS DE DIFUNTOS.*

LO primero os ruego, Señor, por la persona por quien os ofrezco este Sacrificio para que le quepa de él todo lo que le debo. Lo segundo por las Almas á quien tengo alguna obligacion, así por razon de Misas, como de otra qualquier manera, para que sin perjuicio de la primera, les quepa á cada una en particular todo el valor de este Sacrificio que pudiere aplicarles. Lo tercero, por las Al-

mas



mas de mis padres, parientes, bienhechores, amigos, enemigos y encomendados; por las de los Religiosos, y de todos los Eclesiásticos; por los Cautivos Christianos; por los bienhechores de las Religiones, y de todo el Estado Eclesiástico; y generalmente por todos los Fieles difuntos, por todos, pues, y por cada uno en particular, tan enteramente, segun el orden de Justicia, y de Caridad, que debo, y que mejor puedo, y á vuestra Magestad fuere mas agradable: *Ipsis Domine.*

F *GRA-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## GRATIARUM ACTIO *post Missam.*

ANTIPHONA.

TRium puerorum cantemus hymnum, quem cantabat Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

*Quæ Antiphona in Festis Duplicibus tantum duplicatur; & tempore Paschali additur in fine*, Alleluja.





## CANTICUM TRIUM *puerorum.*

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: Benedicite Cœli Domino.

Benedicite atquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: benedicite stelle cœli Domino.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.





Benedicite montes & colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite măria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum: laudet, & superexaltet eum in sæcula.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ justorum Domino: benedicite sancti, & humilis corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & super exaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: & laudabilis, & gloriosus, & super-



perexaltatus in sæcula.

*Psalm.* 150.

LAudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in cordis, & organo.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Laudate eum in cymbalis benè sonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum. Gloria Patri, &c.

*Deinde repititur Antiphona.*

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant ſancti in camino ignis, benedicentes Dominum. *Tempore Paſchali additur*, Alleluja.

*Dein-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



*Deinde Sacerdos dicit.*

Kyrie eleiſon.
Christe eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.

℟. Et ſancti tui benedicant tibi.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

℣. Non

℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.





## OREMUS.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium; concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus Domine aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DA Nobis, quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## ORACION.

ANima Christi, sanctifica me.
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inebria me.
Aqua lateris Christi, lava me.
Sudor Christi, vivifica me.

Par-



Passio Christi, conforta me.
O bono Jesus, exaudi me.
Ne permitas me separari à te.
Intra vulnera tua absconde me.
Ab hoste maligno defende me.
In hora mortis voca me.
Et juve me venire ad te.
Et pone me juxta te.
Ut cum Sanctis, & Angelis tuis laudem te.
In sæcula sæculorum. Amen.

*ORA-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## ORATIO AD VIRGINEM
*Matrem pro defectibus in Sacrificio commissis.*

O Serenissima, et inclyta Virgo Maria, Mater Domini nostri Jesu-Christi, Regina cœli & terræ, quæ eundem Creatorem omnium creaturarum in tuo sancto utero digna fuisti portare, cujus veracissimum Corpus & Sanguinem ego indignus sumere præsumpsi: Rogo te per virginalem humilitatem tuam, & per passionem & mortem ejus-



dem Filii tui, ut apud ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris: ut quidquid in ejus sacrificatione bene dictissima ignoranter, negligenter, vel incautè omisi, tuis sanctissimis precibus mihi indulgere dignetur. Amen.

## ORATIO S. THOMÆ
*de Aquino.*

GRatias tibi ago, Domine Sancte, Pater Omnipotens, Æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meri-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore & Sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Et præcor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mi armatura Fidæi, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ & libidinis, exterminatio: charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio contra insidias inimicorum om-



omnium, tàm visibilium, quàm invisibilium firma desensio: montum meorum, tàm carnalium, quàm spiritualium perfecta quietatio in te uno ac vero Deo firma adhæsio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris ubi tu cum Filio tuo & Spiritu Sancto Sanctis tuis ex lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

 *Alia*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Alia Oratio S. Bonaventuræ.*

TRansfige, dulcissime Domine Jesu, medullas & viscera animæ meæ suavissimo, ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque & Apostolica sanctissima charitate, ut langueat, & lique fiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui: te concupiscat, & difficiat in atria tua, cupiat dissolvi, & esse tecum. Da ut anima mea te esuriat, panem Angelorum, refectionem animarum sanctorum, panem nostrum quotidianum,

su-



supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, & saporem, & omne delectamentum suavitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & ducedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in

G 2 lau-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia usque in finem: & tu sis solus, semper spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquilitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, &



& firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea & cor meum. Amen.

## *ALIA POST MISSAM Oratio.*

OMnipotens Sempiterne Deus, conservator animarum, mundique Redemptor me famulum tuum ante Majestatem tuam prostratum benignissimè respice: & sacrificium, quod in honorem nominis tui pro salute Fidelium, tàm vivorum, quàm defunctorum, & pro peccatis,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& offensionibus meis obtuli, piissimè respicè, & iram tuam à me remove: gratiam & misericordiam mihi concede: annam paradisi mihi pande: ab omnibus malis me potenter eripe: & quidquid proprio commisi reatu clementer indulge. Sic in hoc sæculo in præceptis tuis fac me perseverare, ut dignus electorum gregi copulari efficiar, te præstante Deus meus, cujus nomen benedictum, honor, atque Regnum permaneat in sæcula sæculorum. Amen.





*Ex lib. 8. Const. Apost. Clem. I. Pontif. Max.*

*ORATIO.*

Domine Deus Omnipotens, Pater Christi tui Filii benedicti, exauditor invocantium te in rectitudine, qui scis interpellationes tacentium gratias tibi agimus, quod fecisti nos dignos participatione sanctorum mysteriorum tuorum, quæ præbuisti nobis in confirmationem eorum, quæ benè cognita sunt in custodia pietatis,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in remiſſionem peccatorum: quonian nomen Chriſti tui invocatum eſt ſuper nos, & tibi conciliati ſumus.

Qui ſegregaſti nos á communicatione impiorum; conjunge nos cum conſecratis tibi. Confirma nos in veritate Sancti Spiritus, ignorata revela, quæ desunt expele, cognita corrobora: Sacerdotes immaculatus tuere in ſervitute tua: Rege conſerva in pace, Magiſtratus in juſtitia, zelum in ſalubritate, fructus in fertilitate, mundum in providentia omni ex parte ſufficienti.

Na-



Nationes bellicoſas reprime, errantes convertem, populum tum ſanctifica, virgines conſerva; matrimonio junctos cuſtodi in vide, ignorantes illumina, infantes perduc ad virilem ætatem novitios confirma, cathecumenos inſtrue, & imitatione dignos redde, noſque omnes congrega in regnum cœlorum in Chriſto Jeſu Domino noſtro, quo tibi gloria, honor cultus, Sancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Ora-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *Oratio à Papa Urbano VIII. edita.*

Ante oculos tuos, Domine, culpas nostras ferimus, & plagas quas accepimus, conferimus.

Si pensamus malum quod fecimus, minus est quod patimur, majus est quod meremur.

Gravius est quod commisimus, levius est quod toleramus.

Peccati pœnam sentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus.

In



In flagelis tuis infirmitas nostro teritur, & iniquitas non mutatur.

Mens ægra torquetur, & cervix non flectitur.

Vita in dolore suspirat, & in opere non se enmendat.

Si expectas, non corrigimur: si vindicas, non duramus.

Confitemur in correctione quod egimus: obliviscimur post visitationem, quod flevimus.

Si extenderis manum, sacienda promitimus: si suspenderis gladium, promissa non solvimus.

Si-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Si ferias, clamamus at parcas; ti peperceris, iterum provocamus ut ferias.

Habes Domine confitentes reos, novimus, quod nisi dimittas, rectè non perimas.

Præsta Pater omnipotens sice merito quod rogamus, qui feciste ex nihilo, qui te rogarent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Gregem tuum Pastor æterne non deseras.

℟. Sed per Beatos Apostolos tuos perpetua defensione custodias.

℣.



℣. Protege Domine populum tuum ad te clamantem, & Apostolorum tuorum patrocinio confidentem.

℟. Perpetua defensione custodias.

℣. Orate pro nobis Sancti Apostoli Dei.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## ORATIO.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ, con-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

confessionis petra solidasti. Per Dominum nostrum, &c.

IMploret clementissime Domine nostris opportunam necessitatibus opem devotè à nobis plorata meditatio, qua Sanctus olim Joannes Chrysostomus, in hac Basilica conditus, te cum Beatissimis Apostolis Petro & Paulo repræsentavit, sic colloquentem: Circumdate hanc novam Sion, & circumvallare eam, hoc est, custodite, munite, precibus firmate: ut quando irascor in tempore,

&



& orbem terræ concutio, aspiciens sepulchrum vestrum nunquam desiturum, & quæ libenter propter me gesistis stigmata, iram misericordia vincam, & ob hanc percipiam vestram intercessionem. Etenim quando Sacerdotium & Regnum video lacrymari, statim quasi compatiens ad commiserationem flector, & illius meæ vocis reminiscor: protegam urbem hanc propter David servum meum, & Aaron sanctum meum. Domine fiat, fiat. Amen.

RHY-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *RHYTHMUS S. THOMÆ ad Sacram Eucharistiam.*

ADoro te devotè latens
Deitas,
Quæ sub his figuris verè lati-
tas:
Tibi se cor meum totum sub-
jicit,
Quia te contemplans, totum
deficit,
Visus, tactus, gustus in te falli-
tur.
Sed auditu solo tutò creditur.
Credo quidquid dixit Dei Fi-
lius.

Nil



Nil hoc verbo veritatis ve-
rius.
In Cruce latebat sola Deitas.
At hic latet simul & humani-
tas:
Ambo tamen credens, atque
confitens.
Peto quod petivit latro pœni-
tens.
Plagas, sicut Thomas, non
intueor,
Deum tamen meum te confi-
teor.
Fac me tibi semper magis cre-
dere.
In te spem habere; te dili-
gere.

H O

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

O memoriale mortis Domini.
Panis vivus, vitam præstans
homini.
Præta meæ menti de te vivere.
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pelicane Jesu Domine.
Me immundum munda tuo
sanguine.
Cujus una stilla salvum facere.
Totum mundum quit ab omni
scelere.
Jesu, quem velatum nunc aspicio.
Oro fiat illud, quod tam sitio.
Ut te revelata cernens facie.
Visu sim beatus tuæ gloriæ.
Amen.





*ORATIO AD SANCTAM Mariam Virginem, ex Divo Augustino deprompta.*

MEmorare, ó piisima Virgo Mariam, non esse auditum à sæculo, quemquam ad tua currentem præsidia, tua implorantem suffragia, esse derelictum. Ego tali odimatus confidentia, ad te Virgo Virginum Mater curro, ad te venio, coram te gemens, precator assisto, noli Mater Verbi, verba mea despicere, sed audi propitia, & exaudi. Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## QUA HORA POTEST *celebrari Missa.*

MIssa privata (ait Rubrica XV. Misalis) dici potest quacumque hora ab Aurora usque ad Meridiem: & ad Auroram dignoscendam (Meridies in Hispania quoad hoc per se notus est) additur sequens Tabella, in qua notantur hore, in quibus incipit Aurora, in cujus principio inchoari potest Misa: vel paulo ante, dummodo possit finiri postquam Aurora incepta sit.

A



A Die 23. Januarii, usque 8. Februarii incipit Aurora, hora 5. cum dimidia.

A die 9 Februarii, usque ad 21 ejusdem, hora 5 cum quadrante.

A 22 Februarii, usque ad 5 Martii, hora 5.

A 6. Martii, usque ad 17. ejusdem, hora quarta cum tribus quadrantibus.

A 18. Martii, usque ad 27. ejusdem, hora 4. cum dimidia.

A 28. Martii, usque ad 6. Aprilis, hora 4. cum quadrante.

 A

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A 7 Aprilis, usque ad 15 ejusdem hora 4.

A 16 Aprilis, usque ad 26 ejusdem hora 3 cum tribus quadrantibus.

A 27 Aprilis, usque ad 5 Maji, hora 3 cum dimidia.

A 6 Maji, usque ad 15 ejusdem hora 3 cum quadrante.

A 16 Maji, usque ad 27 ejusdem hora 3.

A 28 Maji, usque ad 7 Junii, hora 2 cum tribus quadrantibus.

A 8 Junii, usque ad 16 ejusdem hora 2 cum dimidia.

A 17 Junii, usque ad 28 ejus-

dem



dem hora 2 cum tribus quadrantibus.

A 29 Junii, usque ad 7 Julii hora 3.

A 8 Julii, usque ad 16 Augusti hora 3 cum quadrante.

A 17 Augusti, usque ad 27 ejusdem hora 3 cum dimidia.

A 28 Augusti, usque ad 2 Septembris hora 3 cum tribus quadrantibus.

A 3 Septembris usque ad 16 ejusdem hora 4.

A 16 Septembris, usque ad 26 ejusdem hora 4 cum quadrante.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A 27. Septembris, usque ad 8. Octobris hora 4. cum dimidia.

A 9. Octobris, usque ad 20. ejusdem hora 4. cum tribus quadrantibus.

A 21. Octobris, usque ad 2. Novembris, hora 5.

A 3. Novembris, usque ad 20. ejusdem hora 5. cum quadrante.

A 21. Novembris, usque ad 22. Decembris hora 5. cum dimidia.

A 23. Decembris usque ad 22. Januarii hora 5. cum tribus quadrantibus.

*ALI-*



## *ALIQUA DECRETA S. Ritum Congregationis ad Missas congruentia, & á Sacerdotibus scienda.*

1. Infraoctavam SS. Corporis Christi non sunt dicendæ Missæ votivæ privatæ, aut de *Requiem*. 21. Junii 1670.
2. In festo duplici non sunt dicendæ Missæ votivæ privatæ, aut de *Requiem*. 5. Augusti 1662. quod intelligendum est etiam de festo duplici translato.

3. Sa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Sacerdotes, sive Capellani sint, sive non, qui recitant Officium semiduplex, simplex, vel feriale, si celebrent in aliqua Ecclesia Regularium, in qua fit de festo duplici, non debent dicere Missam de *Requiem* 9 Junii 1668.

4. In Vigilia Epiphaniæ omnino prohibentur Missæ votivæ privatæ, & de *Requiem* 21 Aprilis 1697.

5. In Missa Feriæ quartæ Quatuor temporum occurrentis in die octava Nativitatis B. Virginis Mariæ dicen-



cenda est Præfatio communis, non vero de B. Maria, 12 Decembris 1626.

6. Infraoctavam Epiphaniæ, Paschatis, & Pentecostes, necnon in Feria quarta Cinerum, in Hebdomada majore, in Dominicis, & in Vigilis Nativitatis Domini & Pentecostes, non possunt dici votivæ, Missæ privatæ, neque de *Requiem*. 28 Augusti 1627.

7. In fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ fit reverentia Cruci infra gradus, capite semper aperto.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

to. 28. Augusti 1627.

8. Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia, debet omittere *Credo*. 2. Decembris 1684.

9. Qui præ timore, vel balbutie non pronuntiat Evangelium Sancti Joannis, quod legitur in fine Missæ, sed ejus loco aliud suo arbitratu recitat, suspendendus est à Missarum celebratione; quosque illud ritè pronuntiare assuescat. 5. Julii 1631.





10. Ubi non est Aurora physicè, pro licita Missarum celebratione, attendatur ea moralitèr, & policitè, quando scilicèt ibi terminari solet quies, & inchoari labor, juxta probatam regionum consuetudinem. 18. Septembris 1634.

11. Manus Sacerdotis ad *hanc igitur oblationem*, debent ita extendi, ut palmæ sint apertæ, police dextro super sinistrum in modum crucis supra manus, non verò infra manus. 4. Augusti 1663.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Cruces, quæ fiunt à Sacerdote super oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis. 4. Augusti 1663.

13. Sacrificia in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum possunt applicari ad libitum: scilicè in genere pro omnibus, tum in specie pro aliquibus defunctis. 4. Augusti 1663.

14. Si Moniales non habeant Missale á Romano diversum, Sacerdotes in earum





Ecclesiis celebraturi possunt dicere proprias Missas ipsis Monialibus concessas. 27 Augusti 1672.

15. In paramentis nigris non est administranda Eucharistia. 22 Januarii 1601.

16. Sacerdotes exteri confluentes ad Regularium Ecclesias, & celebrantes de Sanctis Ordinis, servatis servandis possunt in Missis se uniformare cum Regularibus quoad *Credo*, & quoad numerum orationum more Duplicium 11 Junii 1701.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Laus Deo, Redemptricique Matri, necnon Sancto Patri Petro Nolasco, Raymundo Nonnato, Petro Paschasio, & Armengaudo, Beatæ Mariæ de Subsidio, ac B. Serapioni, qui in Mercede Captivorum Christi vestigia sunt secuti.





# INITIUM S. EVANGEL.

secundum Joannem. *Gloria tibi Domine.*

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propia venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, decit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt, in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque



que ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. * Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

SEQUENTIA S. EVANGEL. secundum Lucam. *Gloria tibi Domine.*

IN illo tempore missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ita salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniste enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit Magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus. Deus se-



sedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritu Sanctus superveniet in te, & virtus Altisimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth, cognata tua, & ipsa concepit Filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit im-

 pos-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

possibile apud Deum omne Verbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum.

## SEQUENTIA S. EVANGEL.

secundum Mattheum. *Gloria tibi Domine.*

CUm natus esset Jesus in Bethlehem Judà, in diebus Herodis Regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam dicentes: ubi est qui natus est Rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente: & venimus adorare





eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas Populi, sciscitabatur ab ei ubi Christus nascetur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: & tu Bethlehem terra Judà, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clàm vocatis Magis, diligentè, didicit ab eis tempus stellæ, quæ aparuit eis: & mittens



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

illos in Bethlehem; dixit: Ite, & interrogate diligentèr de puero: & cum inveneritis, renunciate mihi: ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria Matre ejus. * Et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris, suis obtulerunt ei munera, aurum, thus,

&



& myrrham: Et responso accepto in somniis ne redirem ad Herodem, per aliam viant reversi sunt in Regionem suam.

SEQUENTIA S. EVANGEL. secundum Marchum. *Gloria tibi Domine.*

IN illo tempore: Recumbentibus undecim Discipulis, aparuit illis Jesus: & exprobrabit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum,

præ-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit; salvus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dœmonia ejicient linguis: loquentur novis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent: & benè habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, & sedes à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt, ubi-



ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

# LAUS DEO.

ORA-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# ORACION AL SEÑOR *SAN JOSEPH*, PARA ANTES de decir Misa.

## *ANTIPHONA.*

O Fœlicissimum virum Beatissimum Joseph, cui datem est Deum, quem multi Reges voluerunt videre, & non viderunt, audire & non audierunt, non solum videre, & audire, sed portare, amplecti, nutrire, & custodire.

℣. Tu Joseph es Refugium meum.

℟. A tribulatione quæ circundedit me.

## OREMUS.

DEus, qui dedisti nobis regale Sacerdotium, præsta quæsumus, ut sicut Beatissimus Joseph unigenitum tuum natum de Virgini Maria, suis manibus in hoc mundo reverenter tractare meruit, & portare, ita nos facias cum cordis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dis munditia, & operis innocentia tuis Sacris Altaribus deservire, Sacrosanctum Corpus ejusdem Filij tui, hic digne sumere & futuro premium mereamur habere. Per eundem Christum, &c.

2460 *dias de Indulgencia.*

---

*Se hallará en la Librería* de Barco, *Carrera de S. Gerónimo.*

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS